Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectarius Benedictus - Cod. Ettenheim-Münster 4

[S.l.], [15. Jahrh.]

Nachträge, auf die oft verwiesen werd, v. andern Händen

urn:nbn:de:bsz:31-102948

Visual Library

Oracio de sancto leonhardo

Da nobis quesumus misericors deus: Ut sicut obtentu beatissimi confessoris tui leonhardi vinculatos solvis in terris: sic eius suffragio, nos a peccatis solutos reddis in celis: Per dominum.

Oracio placidi sociorumque eius.

Omnipotens sempiterne deus, qui hodierna die beatum placidum cum sociis suis per martirii palmam ad regna siderea sublevasti. concede propicius, ut quod eorum amore deposcimus? illorum intercessione consequi mereamur. Per dominum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Orō btī Erhardi ɔfe.

Exaudi quīs dn̄e p̄ces nr̄as, quas in btī Erhardi ɔfessoris tui atq; pōtificis ɔmemoratiōe deferim⁹, ut q̄ tibi digne meruit famulari: ei⁹ itercedētib; merit͡s: ab oīb; nos absolue pcīs. p dn̄m

De sancto felice presbitero

Concede quīs oīmpo teñs de⁹, ut ad meliorē vitā sc̄oꝝ tuoꝝ exēpla nos pu͛ocet, quaten⁹ quoꝝ solēnia agi mꝰ: etiā act⁹ imitemur. p

de sc̄o felice

Lectiones de memoratione beate Marie virginis

Lectio j

O felix maria et omni lau
de dignissima o genit
rix gloriosa o sublimis puerpa
cuius visceribus auctor celi terreque
comiscetur. O felicia oscula lacta
tis labijs impressa cum inter me
bra indita reptaret infantulus vtpu
te ex te filius matri alluderet cum
ex patre dominus imperaret. Nam aucto
rem tuum ipsa concipiens. Edidisti in tempo
re puberem quem habebas ante tempora con
ditorem. Tu.

Lectio

O felix puerperium letabile an
gelis optabile sanctis necessarium
perditis congruum profligatis. Qui
post multas assumpsit iniurias

carnis Et ad ultimū verberatus
flagellis potat⁹ felle affix⁹ pati
bulo ut te verā mrē: ostenderet
verū se hoīē: paciendo monstraret
Sed quid dicā pauper īgenio cū:
de te quicqd dixero minor laus
ē quā dignitas tua meret᷑ Si te
celū vocitem altior es si mrē in
geciū dicā p̄cedis si formā dei
appellem digna exīst Si dominā
angelorū vocitē p oīa esse pba
ris. Tu aūt. Lc̄o 3ͣ

Quid ergo de te digne dicā
quid referā: cū nō suffici
at ligua carnis tuas enarrare
ꝟtutes. has iterū laudes sileat lig

na cantis quas animus ardenter interius
profert. Nunc peto ut aures doctrina
rum suarum mulceant organis. Nunc pla
udant tympanis sancte manus et iterum vo
cent articulos. Armonia puerpere con
crepet. Concinant letantes chori et al
ternantibus modulis dulcisona misceant carmina.

Lectio . 4 .

Audiamus dilectissimi fratres
pio mentis affectu audiamus
quemadmodum tympanistria doctrinis
concrepet virgo maria. Audiamus igitur
et huic armonie moribus respondeamus.
Denique cum hec mulier benedicta ab An
gelo iam salutata spiritu sancto repleta
Ad domum Elizabeth venisset cognate
post exultacionem Joannis in utero ma

tris. Post admiracionem Elizabet de ad
uentu eiusdem domini matris Hoc domino de
cantauit canticum laudis Magnificat
anima mea dominum Et exultauit spiritus
meus in deo salutari meo. Tu. Lectio 5

Primo igitur hoc in loco gerendi est
quid sit magnificare dominum
Neque enim magnus a creatura effici
tur creator. Sed sciendum nobis est
duobus modis dici magnificare id
est aut magnum facere aut magnum
adorare. Magnificatur enim deus a nobis
cum magnificari dignatur in nobis Sed nunc
quod sic in nobis sicut in Maria unde eam
tunc assistit pro nobis: Aue inquid angelus
ad eam gracia plena dominus tecum Bene

dicta tu inter mulieres Spiritus sanctus
superveniet in te et virtus Altissimi ob
umbrabit tibi Ideoque et quod nascetur ex
te sanctum vocabitur filius dei Lectio 6

Quecumque tamen anima sancta dei
verbum concipere potest predicando ma
gnificando unde propheta dicit. + David
Magnificate dominum mecum et exaltemus
nomen eius in idipsum ac si diceret Mag
nitudinem dei mecum predicate et nomi
eius preconia magna voce attollite Hic
iterum dicit Domine deus meus magni
ficatus es vehementer Unde autem in
magnificetur in nobis Ideo propheta insinu
at dicens magnificentia tua usque ad ce
los intra tua Sic namque optandum

est singulis ut aīa marie aīa ma
gnificet dnm, concipiat dei verbum
pariat et nutriat Lectio 7
Recordetur salutacionis sue pia
commercia quo nullus suis pro
dentibus meritis sit ab iniquitate salvatus
sed sola dei bonitate gratuita Christi
sanguine sit redempta et dicat Magni
ficat aīa mea dnm sic enim deus dilexit
mundum ait euangelium ut filium suum
unigenitum daret hinc et apostolus.
Qui proprio filio suo non pepercit sed
pro nobis omnibus tradidit illum Lectio 8
O mire pietatis affectus o ine
stimabilis ardor charitatis
Cuius ante tante diuicias pietat

nō obstubescat Cor aūt tuū ieffabi
lē charitatē nō cōtremiscat Quis
unq̄ȝ posset sperare ut ex deo an̄
tēpa nat⁹ nasceret p hoīb⁹ itēp
ex femīa homo factus Vnde scrip
tū ē Cum uenit plenitudo tēpis
misit deus filiū suū factū ex mu
liere factū sub lege ut eos q̄ sub
lege erāt redimeret ut adophōē
filiorū reciperem⁹ Quis unq̄ȝ posset
estimare ut portaret manib⁹ femi
neis portitor orb'. Panis āgelorū
aleret Deus celorū infātaret vita
oīū moreret. Magnificat ergo in his
aīa marie magnificet et nr̄a ad
miremur Grandem amem⁹ Lau

demus Adoremus Gracias agamus
illi Cuiu̅ pcad̅e redeptoris nr̅i mo
te̅ De tenebris ad luce̅ De morte
ad vita̅ de corruptio̅e ad icorrup
cione̅ De exilio ad patria̅ de luc
tu ad gaudiu̅ De terris ad celeste
regnu vocati sumus

Quam

In illo tēpe Intrauit ihs ī q̄ddam
castellū et mulier quedā Martha
noīe excepit illū in domū suam
Et huic erat soror noīe. Et r̄e. O
me Lectio eiusdē
Licet castellū aliqñ maliū significet.
ut illud de quo dicit̄. ite ī castellū ubi et
quod sequitur quod cōtra vos est plāe
manifestat quid sigificet tamē hoc caste
lū in quod intrauit Jhūs sigl'ari et īte
meratam v̄ginē eiusdē ihu genitricē salua
scripture regula psimilitudinē accipim9:
Castellū enim dicitur quelibet turris et mur9
in circuitu ei9: Que duo sese īuicē defendunt.
ita ut hostes p murū ab arce et a muro p arcem
arceatur: Tu. Lectio. 2a.

Huiusmodi Castello nō incongrue vir
go Maria assimilat̄. quia virgini
tas mentis et corporis ita quasi murus v̄
diq3 vallauit ut nusquā ullus libidini esset
ad eā accessus nec sensus ei9 aliqua corrūpe
re illecebra Et quia cum virginitatē libido
nō posset solet impugnare superbiam. est in

eadem virgine turris humilitatis que et muro virginitatis omnem repellit superbiam Et quia humilitatem cum superbia non possit solet impugnare libido muro virginitatis et turre humilitatis omnem repellit libidinem. Tu. lectio 3a

Itaque hec duo videlicet murus virginitatis. et turris humilitatis. ab alterutro muniunt ut nunquam in humili virgine fuit nec superbia virginitas Nec inquinata humilitas. Quamvis autem dicitur quod ita verum sit. ut veri fides Christiana credere possit: ponamus aliquid de Evangelio eius virginitatis et humilitatis testimonium: quippe cum Angelo salus ei promittitur respondit. Quomodo fiet istud angele dei qui virum non cognosco. 4a

De humilitate vero dicendum quod cum angelo salutaret Mater dei eligeris et benedicta super omnes mulieres diceretur: pie respondit Ecce ancilla domini. et in alio loco. quia respexit humilitatem ancille sue: O sublimis virgo. O mater humilis ancilla dei. Quid sublimius esse posset. Quid hu

tulius de se sentire posset. Quoddam igit(ur)
singulare castellū virgo fuit maria Eu ante

Scdm Lucam

In illo tempore Intravit ihc
in quoddam Castellū et
mulier quedā Martha nōie exce
pit illū in domū suam. Et huic
erat soror. nōie maria. Que etiā
sedens secus pedes dnī: audiebat
verbum illius Martha aūt sata
gebat circa frequēs ministerium
Que stetit et ait. Dn̄e Nō est ti
bi cure. quod soror mea reliquit
me solā ministrare. Dic ergo illi
ut me adiuvet. Et respondens
dixit illi dominus Martha martha

solicita es et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea.

Oratio:

Concede nos famulos tuos quesumus domine perpetua mentis et corporis sanitate gaudere et gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et futura perfrui leticia: Per dominum: